

racteristica) indubitate nobis constiterit: de ipsa quoque Filij existentiā dubitandum erit: Filius enim non erit, si generatus non fuerit.

74. Testantur ergo S. literæ Patrem genuisse filium sibi ὄμορσιον καὶ συναιδον. Psal. 2, 7. Filius meus es tu, ego hodiè genui te. Quem locum non de Davide, uti Calvinus Iudaizat, sed de Christo exponendum esse, testis est omni exceptione maior Epistola ad Hebr. cap. 1, 5. & cap. 5, 5. Et Petrus Act. 4, 25. & 26.

75. Quo respectu Ioh. 1, 14. 3, 16. item, 1. Ioh. 4, 9. nominatur Unigenitus à Patre: Col. 1, 15. πρωτότοκος πάσος κτίσεως. primogenitus omnis creatura: Qui termini æternæ huius generationis notationem habent.

76. Quin ipsum quoque nomen Filij in Scripturis passim reperitur, Matth. 16, 16. 23, 19. Ioh. 1, 18. & 34. cap. 3, 17. & 18. Rom. 8, 3. Gal. 4, 4. &c.

Psal. 2, 7. 77. Pari ratione & illud de Generatione hac constat, quod sit æterna: Siquidem Filius à Patre genitus in æterno illo H O D I E, ad quod nulla prorsus temporum diæsήμata pertingunt. sed quod nihil est aliud quam æternum quoddam Nunc quin ipsa Aeternitas, que à D E O inhabitari dicitur. Ies. 57, 15.

78. Quo sensu Prov. 8, 14. Sapientia, (quam Orthodoxi omnes λόγον sive Filium D E I esse, unanimi consensu intelligunt) se genitam & formata m